

scriptas libras mille distribuantur pro anima mea pro ut melius et utilius commissariis meis videbitur. Costancie sorori mee dilecte dimitto libras denariorum venecialium quingentos. Suprascripte None Amite et commissarie mee dimitto libras denariorum venecialium trecentos. Predictae Marchesine uxori et commissarie mee dimitto omnes pannos a suo portare tam de lana et seta quam de lino frunitos sicut sunt ad presens. Nicoletto filio meo naturali dimitto libras denariorum venecialium octingentas cum pervenerit ad etatem legitimam, et si dictus Nicoletus decederet ante legitimam etatem suprascripte libre octingente deveniant in Jacobillum fratrem meum. Item volo et ordino omnes meos pannos vendi et denarii ex inde habiti et recepti distribui pro anima mea. Compagnie domini Gabrielis veneciis dimitto solidos venecialium grossorum triginta. Residuum vero bonorum meorum omnium mobilium et immobilium dimitto suprascripto Jacobello fratri meo. Preterea plenam virtutem et potestatem do et confero suprascriptis meis commissariis post obitum meum inquirendi interpellandi placitandi advocatores et precepta tollendi intromittendi interdicensi proclamandi petendi respondendi exigendi et excutiendi omnia mea bona et habere a cunctis meis debitoribus ubicumque et apud quoscumque ea vel ex eis inveniri poterent cum cartis et sine cartis per curiam et extra curiam securitatis vendicionis et refutacionis cartas et omnes alia cartas exinde necessarias et quicquid aliud fuerit opportunum faciendi et hanc meam commissariam intromittendi administrandi fruniendi et perficiendi in omnibus et per omnia sicut egomet vivens facere possem et deberem. Verum volo et ordino quod suprascriptus Petrus Miani commissarius meus possit et debeat intromittere omnia mea bona que habeo in Ayacio et ea vendere et denariis ex inde habitis cum aliis meis denariis investiri et investita mittere vel portare ad meum risicum et fortunam Veneciis et ea presentare vel presentari facere et dare suprascriptis commissariis meis quam cicius poterit, reddendo eis rationem de meis bonis absque ullo sacramento, et credatur semper suo simplici verbo non preiudicando illi aliquibus statutis consiliis presumptionibus testificationibus scripturis alicuius maneriei et capitulis universis quibus posset aliquis se tueri. Et postquam presentaverit